



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 41. Joannis Gropperi ad Cardinalatum nominati mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI  
A C 1558

Aulæ Romanæ sat perspecta post Marcelli II. obitum a Cardinalibus ad D. Petri Cathedram eveheretur. Præterea in Concilio Tridentino pro sententia, quæ Conceptionem B. Virginis fuisse immaculatam negat, acerrime disputabat, nec minus ferventer pro Episcoporum residentia perorabat: ut vero Concilium alio transferretur, nullum non movebat lapidem: tandem Romæ ultimum diem clausit, hoc anno die octava Martii circiter annos quinquaginta septem natus, ac sepultus fuit in Ecclesia S. Sabinae in Monte Aventino apud sui Ordinis Religiosos, ubi sat prolixa legitur inscriptio funebris, quam ejus frater apponi curavit.

§. XLI.  
*Joannis Gropperi ad Cardinalatum nominati mors.*

*Ciccon.*

*p. 851.*

*Aubery vie  
des Card.*

*Dupin. Bibl.  
t. 16. p. 19.*

*Pallav. l. 15.  
n. 16. n. 2.*

*& l. 14.  
c. 6. n. 11.*

Alter erat Joannes Gropperus, qui Cardinalium albo inscriptus legitur, quamvis hanc dignitatem sibi a Paulo IV. Anno Domini millesimo quingen- tesimo quinquagesimo quinto oblatam ob summam modestiam recusasset. Erat Gropperus natione Germanus in Sustensi Westphaliæ oppido natus, juris ac Theologiæ Doctor, necnon Bonnensis Ecclesiæ Præpositus, & Coloniensis Archidiaconus, qui suæ eruditioñis ex- cellen-

cellentia, ac defendendæ fidei Catho- Sæcul. XVI.  
licæ studio, necnon veritatis amore in- A.C. 1558.  
gens sibi nomen comparabat, ac inter  
ceteros præcipue feliebat, ut Ca-  
tholicorum partes contra Protestantium  
dogmata Anno Christi millesimo quin-  
gentesimo quadragesimo primo in col-  
loquio Ratisbonensi tueretur: inde vero  
in patriam reversus Ecclesiæ suæ, Cleri-  
que Coloniensis jura aduersus Hermanum  
Electorem, qui adulterinam reformatio-  
nem invehere moliebatur, acriter de-  
fendebat. Postea unacum novo ejusdem  
Urbis Archiepiscopo Tridentinum Con-  
cilium accessit, cum prius esset honora-  
tus Bonnensis Præposituræ dignitate,  
qua Fridericus Monasteriensis Episcopus,  
ac præfati Hermanni Frater merito exu-  
tus fuerat. Porro Gropperus pro aris,  
& focis propugnabat in eadem Synodo  
appellandi jus ad summum Pontificem:  
Tandem vero Paulus IV. in laboris præ-  
mium Cardinalitia purpura illum hono-  
rare meditabatur, quam tamen digni-  
tatem non acceptavit, sed gratias agens  
literas ad Pontificem scripsit, ubi facti  
sui rationem reddidit, prout Petram-  
marius, Panvinius, Possevinus, alii-  
que referunt. At Franciscus Sacchinus  
in historia Societatis Jesu nullum de-  
nuntio purpuræ misso verbum facit;  
neque ex ejus epitaphio id colligitur,

F 4 quini-

Sac. XVI.  
A.C. 1558.

quinimo in Annalibus Archiepiscoporum Colonensium, & in fronte libri de Eucharistia dicitur Cardinalis designatus. Floruit idem continentia admirabili, de quo facinus illud æterna fæculorum memoria dignissimum narrat Ciaconius: cum enim aliquando domum reversus vidisset mulierculam lectum suum sternentem, non modo illam e cubiculo durioribus verbis, ac minis abegit, sed lectum ipsum tactu mulieris ob magnam continentiae reverentiam quasi pollutum ratus, ipsem illum e fenestra, videntibus, atque admirantibus omnibus præcipitavit.

Denique a Papa Romam vocatus ibidem ineunte Mense Martio Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo obiit, expleto circiter quinquagesimo octavo ætatis suæ anno, sepultusque est in Germanorum Templo prope Adriani VI. monumentum, quamvis Scriptorum nonnulli illum Coloniæ fatis functum referant.

### §. XLII.

#### *Hujus Auctoris opera.*

Ciacon p. 851 Dupin. l. c. Reliquit posteris Gropperus plurima opera, ex quibus præcipuum est *en-chiridion institutionis Christianæ*, unacum *institutione ad planiorem Christianæ Religionis cognitionem*, quæ opera inter dogmatica